Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9153
Copyright: Melk, Benediktinerstift



51.3

Robustus acri militia puer
condiscat et parthos feroces
vexet equa metuendus hasta
vitamque sub diuo et trepidis agat
in arbore; illum exercitus hostium
Matrona bellantis tyranni
prospiciens et adulta uirgo
suspiret eheu ne rudis agminum
sponsus lacessat regius asperum
tactu leonem quem cruenta
per medias rapit ira cedes
pulcre et decorum est pro patria mori.
Mors et fugacem persequitur uirum
nec parcit imbellis iuuentae
poplitibus timidoque tergo
virtus repulsae nescia sordidae
intaminatis fulget honoribus;
nec sumit aut ponit secures
arbitrio popularis aurae
virtus recludens immeritis mori
caelum negata tentat iter via
coetusque vulgares et udam
spernit humum fugiente pinnis
et si fideli certa silentio
Mercedes uerabo quae cereris sacrum